

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

Omeis, Magnus Daniel

Norimbergae, 1699

47. David rex

urn:nbn:de:bsz:31-105410

ipſius cum paternis eruta, avi majorumque tumulis mœrens infert.

47. *DAVID Rex.*

David adoleſcens, cum leonibus & urſis luſit, tanquam cum hœdis & ovibus. Anno ætatis vigefimo ad regnum Dei mandato arceſſitur, populi ſuffragiis trigefimo demum confirmatur. Muſicus & armiger Regis factus eſt, & Goliado gigante armis paſtoralibus victo, tantum gloriæ meretur, quantum decem militum millia. Saulus odio & invidia flagrans, ipſum, adhuc muſicum ſuum, haſta petiit: tribunum, hoſtibus objecit: generum, interficere in lecto voluit: fugientem, in omnibus agris & urbibus quaſiſit. In ſuo exilio David non læſus a barbaris Regibus, ad quos diverterat: inter ſuos homines deſeritur a Ceilenſibus, proditur a Ziphæis. Tra-

g

dito

dito in manus suas Saulo, cum re-
 verentia parcit: in spelunca laciniam
 chlamydis præscindit: in castris scy-
 phum & hastile dormienti transpor-
 tat. Manus sociorum, incensâ Si-
 celecha, qui lapides in eum tolle-
 bant, vix effugit. Occiso Saulo, an-
 nos circiter quinque exagitur ab
 ejus præfectis; deinceps regno inte-
 gro accepto, Philistinos, Moabitas,
 Ammonitas, Syrios, Idumæos, A-
 malechitas domat, & familias Gi-
 gantum aliquot præliis delet. Par-
 tis tot victoriis, Deum toto corde
 extollit, & Ecclesiam quibus potest
 ornamentis decorat: ipse domici-
 lium & templum Spiritus Sancti.
 Statu rerum florente Bathsabæam ra-
 pit, Vriam in manus hostium tra-
 dit, populum denique suum per
 provincias numerat: propter quæ
 facinora a filio Absolone regno ex-
 uitur, lethali lue pestilentiaë puni-
 tur,

tur, &
 fligitur.
 olet, &
 appella-
 tatis sep-
 timo.
 centissim-
 rator, d-
 tatissimu-
 omniur-
 mundi
 scivit; d-
 fuscitati-
 vidit.
 qvitur
 Psalmos
 pretes p-
 nos cor-
 Chryso-
 suam po-

tur, & ab Adonia filio jam senex affligitur. Dominus peccata ejus abolet, & virum secundum cor suum appellat. Moritur placide anno ætatis septuagesimo, regni quadragesimo. Sanctissimus Propheta, potentissimus Rex, felicissimus Imperator, doctissimus musicus, exercitatissimus scriptor, laudatissimus omnium hominum. Redemptorem mundi e sua oriturum posteritate scivit: de ejus cruciatibus, morte, resurrectione, ad cœlos ascensu, prævidit. In Christi persona sæpe loquitur, ut & Christus verbis ipsius. Psalmos contra falsos scripturæ interpretes plures, quam contra tyrannos composuit; quibus libris, ait Chrysostomus, minus carere Ecclesiam posse, quam mundum Sole.